

Codice Diplomatico Longobardo I, 95

+ Regnante domno nostro Rachis. uero excellentissimo rege, anno quarto, sub die quinto iduum aprilium, indictione prima. Constat me Alexandro de Sporticiana accepisse et accepi ad te Arighis de Canpiloni auri solido uno meis utilitatibus peragendo usque in caput anni. pro quibus uno solido posui tibi loco pigneri seo fiducia nexo, id est petzola una de prado loco quid dicitur Farsiolas: de una parte prado Ursuni, et de alia parte prado Sancti Uecturi, tenente uno capide in rio et alio capide in prado Sancti Uecturi. in intecrum ipsa petzola abeat pro onurem de suprascripto solido usque in perscritum constitutum. expleto uero anno, reddere promitto uno solido sine onure eo co supra, et recipere prado meo ad me; et defendere promitto ipso prado, ab omni homine defensare, dum ipso solido aput me fuerit. et si menime conpliuero de omnia quod superius legitur, compuna tibi cui supra cridituri meo ipso solido in dublo; et si in antea indutia dederis, abeat ipso prado, dum te legidime sanare potuero. Actum in Trebauno, die, regnum et indictione suprascripta; feliciter. Signum + manus Alexandra, qui hanc cautionis fieri rogauit. Signum + manus Ursoni de Sporticiana testis. Signum + manus Radoald de Sporticiana testis. + Ego Cunimund in han cautionis rogatus ad Alexadro me testis scripsi. + Ego Austrolf notarius pos tradita compleui et dedi.